



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 21. Silentium seruent Sacerdotes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

iactat, alijs obsequi quā promptissimē festinat, illa iniurijs tolerādis reddit elingues, dum honoratur, erubescit, in ediscendo sedula est, in irascendo & succensendo tarda & difficilis. suauitas & benignitas denique reddit affabiles, erga afflictos cōpatibiles, in consulēdo exorabiles, in cōiuctu sociabiles, sui cōmunicatiuos, neminē vt contēnant, & omnibus se benignos & placidos exhibeant. Tales vos igitur ostēdite Sacerdotes, omnes vt vos maturos iudicent, benignos experiātur, vt humiles deniq; agnoscāt.

CAPVT. XXI.

Silentium seruent Sacerdotes.

DE silentio agens Ioannes Climacus, tancipsum faciebat, vt velut præcipuum religionis membrum diceret, & varijs illud laudibus extolleret, *Taciturnitas*, inquit, *in oratione mater est orationis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris obseruatio, cogitationū diligens inspectio, specula hostium, carcer luctus, lacrymarum amica, mortis memoria refricatrix, suppliciorū representatrix, iudiciorū inquisitrix, afflictionū consolatrix, presumptionis hostis, quietis sponsa, ambitiosorum ac superbiorum dogmatum inimica, sciētiae appendix, contemplationis opifex: denique silentium tacitus profectus in Dei cognitione, & occulta quadam anima ad supernaturalia eleuatio.* Egregium hoc silētij elogium à sancto hoc viro profectum, si Sacerdotes sequerentur, perfecti haud dubiē forent, ac velut Angeli quidam terrestres.

Inter cetera Salomonis Prouerbia hoc
X 4 prima-

Silentij
laudes.
Gradu. II.
de loquaci-
tate.

Prou. 10.**Sacerdos sapiens est, qui linguam moderatur.****Ibid.****Item doctus.****Silentium animam à multis malis immunem præstat.****Prou. 21.****Garrulus similis vrbi patenti.****Pro. 25.****Eccles. 6. Sacerdos linguam imprimis cohibeat.****Eccli. 9.****Tacendo quis sapiens iudicatur.**

primarium meretur haud dubie locum, *Qui moderatur labia sua, prudentissimus est.* Iuxta Sapiens hanc sententiam, Sapiens profecto Sacerdos est linguam suam moderari ac cohibere qui nouit.

Idem quoque Sapiens doctum & prudentem iudicabat virum, qui sermones moderari noluisset, *Qui moderatur sermones suos doctus & prudens est.* Credendum igitur, illum Sacerdotem sapientem & doctum dici debere, qui sermones moderari prudenter, & linguæ nouerit imperare.

Quin & eodem loco ait, *Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam.* Vnde infero, Sacerdotes qui os custodiunt, & linguam refrenant, à multis se eximere molestijs, & mentem ab infinitis angustijs immunem præstare.

Alio quoque loco garrulum & linguacem, vtrique imperare nescium, vrbi patenti & muris destitutæ comparat. *sicut vrbis patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Id est, Sacerdotes, cum temere loquemini, nec sermones vestros ponderatis, estis ciuitati, muris & vallis ad defensionem comparatis destitutæ, per similes, inquam omnibus liber patet aditus.

Nulli membro cohibendo ita hominem incumbere debere, ac linguæ, sua debet Ecclesiasticus, nam ab ea omnè illius salutem dependere credebat, *Omnis labor hominis in ore eius.* Dicere volebat, hominè, atq; imprimis Sacerdotem in lingua & ore cõpescendo refrenandoque incumbere potissimum debere.

Paulò verò post ait idem, *verba sapientium audiuntur in silentio.* Id est, sapientes verè & pruden-

prudentes, quales esse debent Sacerdotes, ta-
cendo intelliguntur, & silentio suo osten-
dunt cuius sint virtutis.

Eccli. 32.
Auscultan-
dum in si-
lencio.

*In multis esto, inquit idem, quasi inscius, & u-
lens tacens,* silentio aures tuas communiens.
Docere hic sanctus Spiritus voluit, Sacerdotes
interdum obmutescere debere, & quamuis in-
terdum quid sciāt, dissimulare tamen se quid-
quam scire; garrulitas quippe illos dedecet,
silentium verò decet.

Vnus Prophetarum nostrorum dixit iam
olim, omnem sanctorum virorum fortitudi-
nem & spem in silentio sitam esse, dicens, *In si-
lencio & in spe erit fides vestra.* Inferre hinc vole-
bat, Sacerdotes tacendo & sperando vires suas ni-
hilū quantū adaugere, & spē silentio cōiungere.

Ysai. 30.
Sacerdo-
tum robur
in silentio
consistit.

*Sit autem, inquit S. Iacobus, omnis homo ve-
lox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.*
Sacerdotibus hoc imprimis dictum credide-
rim. Horum quippe est in audiēdo veloces esse,
in loquendo lentos; garrulitas illos siquidem
dedecet, sed decet silentium.

Iac. 1.

Credebat Iob, tantarum silentium virium
esse, ut ex homine sæculari & enanido, sapien-
tem possit constituere; cumque videret amicos
suos sibi loquendo caput obtundere, ait, *vti-
nam taceretis, vt putaremini esse sapientes.* Hinc
discit Sacerdos quòd quemadmodum garruli-
tas hominis stoliditatem & fatuitatem arguit,
inacaciturnitas & loquendi raritas sapientiam
ac prudentiam.

Silentium
hominem
sapientem
esse osten-
dit.
Iob. 1. 3.

Egregium de hoc emblema cōfinxit Alciatus;
pingit siquidem stolidum quemdam in folio
confidentem, & digito labia comprimentem,
& emblematis epigraphe est silentium.

Emblem. 11.

Hic

Cum tacet, haud quidquam differt sapientibus amens:

Stultitia est index linguarum, vixque sua.

Stultus ta- Denotare volebat ænigma, Sacerdotes & reli-
cens vide- giosos, atque adeo homines omnes, cum garrunt
bitur sapi- multaque temere effutiunt, se stolidos ostendunt,
ens. sed silendo, digitoque labra comprimendo sapientes.

**Minos in
emblem. Al-
ciati.**

Loqui do-
cent ho-
mines, file-
re Dij.

**Diogenes
Laertius.**

**Nocuit lo-
cutum esse.
Epami-
nondas
multa
sciebat,
sed pau-
ca loque-
batur.
Multum
loqui stul-
titiæ si-
gnum.**

Dicebat quidam e veteribus, nos loquendi magis
stros habent homines, tacendi vero Deos. Egregia
profecto sententia; e qua discatis religiosi & Sa-
cerdotes, garrulitatem & loqui in mundi schola
edoceri, silentium vero philosophiam quam-
dam diuinam esse.

Interrogatus olim Simonides Philosophus
citurus & tetricus, cur a deo parcus esset in lo-
quendo, & silentium affectaret, respondit, Sape
locutum poenituit, tacuisse numquam. Notanda
gnissima sententia, sed quæ Christianum, imo
& Religiosum sapiat, qui Philosophum hunc
imitando, rarissimè & quam paucissimis loqui
deberet, cum neminem unquam poenituerit
tacuisse; at multos locutos esse.

Laudatur a veteribus Epaminondas, quod cum
permulta sciret, paucissima tamen loqueretur.
Illi profecto inter Religiosos laudari meretur,
qui silentium seruât, & quavis multa norint, ra-
rissimè tamen & quam paucissimis loquuntur.

Solon inter alios tacens, interrogatus, an id fa-
ceret stultitia, an sermonis inopia; respondit,
At stultus numquam tacere potest. Hinc inferri
volebat, inter homines, & ego inter Sacerdotes,
illos stultos audire, qui tacere nequeunt, ac ve-
rum Philosophum silentio delectari: nam lo-
quacitas stoliditatis indicium, silentium vero
sublimis quædam Philosophia.

Zeno

Zeno à quodam magni nominis viro Athenis ad prandium inuitatus, cui & externarum gentium legati intererant, & multi quoque in gratiam legatorum Philosophi; loquentibus omnibus, ac varijs de rebus agentibus, ne verbum quidem locutus est. Quem proinde legati de mirati dixere abeūtes, de te porrò quid ad Regem nostrum referemus Zeno? At ille respondit, *Nihil aliud, quàm Athenis esse senem, qui tacere sciat inter pocula.* Atque ita tacitè magnus ille Stoicus innuere volebat, homini magno, quemque omnes suspiciunt, dedecori & probro esse, inter pocula & cibum garrere; magni verò viri argumentum & characterem esse, linguam cohibere posse. Et fanè insignis quædam perfectio est seruare silentium, & præsertim in Sacerdote & Religioso.

Zeno laudatus quod tacuerit inter alios. Polyanthea.

M. Cicero Catonè suū dilaudās, hoc illi dedit *elogiū*, quod nunquam verbum emisisset, quod emissū doleret. Vos itaq; Sacerdotes & Religiosissimi Catoniano viuite, efficite hoc vt de vobis dicatur & hæc vobis laus propria sit; videre quomodo loquamini, nullum verbum emittite, cuius vos deinde poeniteat.

In Catone. Cato nihil vnquam dixit quod se poeniteret.

Pythagoram tradit Athenæus, in animalium esu religiosissimū, nunquam pisces comedere voluisse, quod natura muti essent & silentij symbolum, quod quiddam diuinū esse credebat. Videte Sacerdotes quomodo silentium Philosophus hic coleret, vt eius respectu & animalibus parceret.

Lib. 7. Pythagoras pisces non comedit quod silentij symbolum.

Dicebat olim Periander non inscitè *Audito multa, loquere pauca*, vtinam hoc item religiosorum nostrorum symbolum foret, haberentque aures lingua maiores!

Plutarch.

Cleo-

Sapient...
es & reli...
garrunt...
ostēders...
sapiētes...
ndis mag...
Egregi...
iosi & So...
di schola...
m quam...
Philos...
stet in lo...
t, Sape...
otatu di...
am, imo...
um hunc...
nis loqui...
niteret...
modum...
eretur...
meretur...
riat, ra...
quuntur...
an id fi...
spondit...
e infert...
erdoes...
nt, at ve...
nam lo...
um verò...
Zeno

Ibid.

Cleobulus eundem scopum feriens dicebat, *Audiendi quàm loquendi studiosior esto.* verba Christiano imò & Religioso dignissima, quæ utinam memoriæ infigerent, inque loquendo tardi, in audiendo vero prompti forent.

*Philip. Diex
in summa ex
Plutarcho.*

Dixit quoque Zeno, binas nobis ideo à natura datas esse aures & os vnicum, ut plurima audiendo, loquamur paucissima. Naturale hoc documentum, præter id quod diuina docent Consilia, ita vos informet Sacerdotes, ut hinc discatis linguam esse cohibendam, garrulitatem rescindendam, sermonem abruptum & silentium inuiolatè seruandum.

*Col. 14. c. 9.
Silentium
primus disciplina
in gressus.*

Obserua, ait Cassianus, *ne desiderij tui labor vana elatione cassetur, ut indicas summum ori tuo silentium; hic est enim primus disciplina actualis ingressus;* Scriptum est enim omne hominis labor in ore suo refrenando consistere. Annitere quoque, si fieri possit, ut corde attento, ac velut ore clauso omnium Patrum institutiones ac documenta admittas ac percipias; magis satagens opere eadem exequi, quàm alios edocere & seruandi regulam præscribere. O diuinum & salutare consilium! Quod qui sequi voluerit, Sacerdos internè discat, & ore ocluso, non verò multa effutiendo verba & temerè garruendo.

*De ord. vitæ
Omnes
virtutes in
silentio
quiescunt.*

Bernardus hanc perfectionem exaltans, dicebat silentium omnium virtutum esse quietem & rerum sanctarum centrum, & taciturnitatem garrulitate esse difficiliorem, *In silentio est virtutum reliquarum otium, & tacere quàm loqui difficilius.* Vnde sequitur, nullam Sacerdotem virtutem naetum esse, si silentij virtutem non habuerit.

Climachus item ait, *Vir tacitus Philosophia-
lius*

plurimam semper sapientiam possidet. Illius
igitur iudicio Sacerdotes, qui ratio loquuntur,
veros esse Philosophos dicendum; garrulos ve-
ro stultos & bardos.

Ugu sit verbis tuis, ait Ambrosius, & statera,
hoc est humilitas atq; mensura, vt lingua tua menti
subdita sit. Hoc preceptu vobis inhæreat Sacer-
dotes, ac videte qui & quomodo loquamini,
tot otiosa verba nolite effundere, orationem
in statera appendite, ac videte, vt lingua menti
respondeat, id est verba vestra à ratione diri-
gantur.

Vnde benè quoque Bernardus ait, *Lingua mo-
dicum membrum est, sed nisi caueas maximum ma-
lum, aptissimum vacuandis cordibus instrumen-
tum.* Egregium Ecclesiasticis omnibus docu-
mentum, quo docemur, eos qui liberè nimis lo-
quuntur, cor semper vacuum habere & animam
mentemque inaniarum vento repletam.

Suum quoque huc symbolum adferat Bona-
uentura: *Tria sunt in locutione, inquit, seruanda;*
primo vt tardus sis ad loquendum, secundo circum-
spectus, tertio breuis. Hoc vobis fixum inhæreat
Sacerdotes; & quando loquendum vobis erit,
fac hoc quam rarissimè, & circumspectè, &
breuissimè ac laconicè,

Idem quoque admonebat, ita quemlibet in
verbis cautu & accuratu esse debere, vt avarus
attentus est in nummorum suorum supputati-
on. Notate hoc velim Animæ sanctæ, & cogi-
tare, si diues tanta cura nummos suos curat, sin-
gulosque accuratè examinat, maiorem vobis
in verborum examine rationem adhibendam
esse.

Ildorus, quem Bonauentura citat, profitetur
eum.

Gradu 4. de
obed.

Tacitur-
nus Philo-
sophiæ fi-
lius.

L. 1. de offic.
c. 3.

Sapiens
verba pon-
deret.

Lingua e-
uacuat
cor.

serm. 17. de
triplici cu-
stodia.

De proces.
religion. c. 1.

Tria lo-
quenti ne-
cessaria.

De vitæ per-
fect. c. 4.

Quatuor
silentis
commoda.
*Li. 2. de sum
ben. c. 29.*

eum qui silentium seruat, nec in verbis effusur est, quadruplici potiri bono; ingenium ei extoluitur, & effert se sublimius, quidquid dicit auctoritatem habet: sciunt quippe omnes, temere eum sua non effutire; particularé in coelo nanciscitur gloriam; denique à vaniloquij peccato auer. Cum igitur tantum taciturnitas boni afferat Sacerdotes, ipsam diligite, & linguam vestram refrenate.

*In c. 7. Mat-
thai.*

Improbi
filendo potius quam loquendo vincuntur.

Malum hominem, inquit Chrysostomus, non potest tacendo Sacerdos vincere, quam respondendo, quia malitia non instruitur sermonibus, sed excitatur. Hinc Dominus Iesus silentio semper ora obturare peruicacibus studuit, quos respondendo vincere non posset. Ad Christi igitur exemplum Sacerdotes, taciturnitatem sectemini, quosque verbis & longa disceptatione vincere non potestis, silentio euincite.

Si, inquit Epictetus, apud imperitos sermo aliquo praecepto incidit, maxima ex parte tacito: magni enim periculi est, statim euomere, quod non concoxeris. Verba igitur tua examina & pondera, nec temere quiduis effutias aut eloquaris.

S. Bern. lib. 2. de confid.

Nugæ in ore Sacerdotis blasphemiae sunt.

Inter saculares, ait Bernardus *nugæ sunt in ore Sacerdotum blasphemiae.* Verba nocent dignissima. Tacete igitur Sacerdotes, nec temere loquamini, quoniam quod secularibus vitio non vertitur, vobis crimini est.

Ibid.

Sacrilegium est Sacerdotes nugas loqui.

Consecrasti os tuum, inquit ibidem Bernardus Evangelio: nugas igitur iam os aperire illicitum est, assuescere vero nugas loqui sacrilegium. Deus boni quid non magnus hic pater ait? Ecclesiasticos scilicet Evangelij prædicationi destinatos, non nisi sancta tractare debere, eosque qui nugas loquuntur & ludicra agunt, vt sacrilegos habédos.

Idem quoque eodem loco Bernardus, *Labia Sacerdos*
Sacerdotis, ait Propheta, custodiunt scientiam, & non nisi
ore eius requirent legem, non nugas aut fabulas. sancta lo-
 quatur.
 Vnde efficere volo, os Sacerdotis cum Acade-
 mia legum sit, & scientiarum vniuersitas, non
 aliter aperiri debere, quàm ad sancta verba
 proferenda; quare satius est tacere, quàm fabu-
 lis & nugis incendere.

Garrulus
 seipsum nō
 agnoscit.

Ioannes Climacus garrulitatem vituperans,
 & silentium deprædicans ait, *Qui cognoscit pec-*
cata, continet linguam suam; qui vero loquax est,
mandum seipsum vt oportet cognouit: loquacitas si-
quidē ignorantia est certum argumentum. Sancti
 huius viri verbis insultens, infero, Sacerdotes
 loquaces ignorantiam suam arguere, nec sei-
 psum agnoscere.

Dist. p. 3.

c. 16.

Anima Sa-
 cerdotis si-
 lentium
 non ha-
 bentis
 vrbi sine
 muris per-
 similis est.

Quia anima, inquit Gregorius, *murum silen-*
tiū non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis,
que foras verberū garrulitate se prodens, aduersa-
riū se violentie exponit, qui eō illam inuadunt faci-
lius, quō seipsam per linguam propriam oppugnat
sepius. Iuxta magnum hunc doctorem, anima
 Sacerdotis assidue garrientis nec vllam verbis
 suis pondus addentis, vrbi muro destituta per-
 similis est.

In Psalm. 38

Silentium
 validum
 scutum.

O validum, exclamat Ambrosius, *scutum cir-*
cumspicte munitiois silentium! o fidelissimum
stabilitatis fundamentum, cui qui firmus inhaeserit
numquam mane aliquod verbum prorumpet. Eia i-
 gitur Sacerdotes, hisce vos armis commu-
 nite, hæc scuta vibrare, & silen-
 tium inuolatè custo-
 dite.

CAP.